Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39281
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift

formauerunt me. et plasmauerunt me to
tum in circuitu: et sic repente precipi
tas me. Memento quaeso quod sicut
lutum fecisti me: et in pulverem reduces
me. Nonne sicut lac mulsisti me. et
sicut casei me coagulasti. Pelle et
carnibus vestisti me: ossibus et ner
vis compegisti me. Vitam et mise
ricordiam tribuisti mihi: et visitatio
tua custodivit spiritum meum. Em
Memento quia ventus est
vita mea. Nec aspiciet me visus homi
nis. Et non videbunt oculus mus vt vide
Respondit michi. Lam
at bona
quantas habeo iniquitates et
peccata: scelera mea et delicta ostende
michi. Cur faciem tuam abscondis. et ar
bitraris me inimicum tuum. Contra fo
lium quod vento rapitur ostendis pote
statem tuam: et stipulam siccam persequeris